



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XLV. Ein brieff Bischoff Heinrichs zu Huelberek, dorin er dem Closter Pfarlehen zu Krumbek vereignet vnd nachgibt dasselbe jnss Closter zu wenden vnd zu uorandern.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XLV. Ein brieff Biſchoff Heinrichs zu Huelberck, dorin er dem Cloſter dafs Pfarlehen zu Krumbek vereigent vnd nachgibt daffelbe juſs Cloſter zu wenden vnd zu uorandern.

In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Huelbergenſis eccleſie Epifcopus, omnibus preſentem litteram auditoris ſeu inspecturis in domino ſalutem. Licet omnibus ex officii noſtri debito caritatis effectum et munus beneficentie, quantum preualemus, intendere te- neamur, maxime tamen uiris religioſis, qui paupertatem uoluntariam elegerunt et diuinis obſequiis quoad uixerint exequendis ſe deuouerunt, caritatis officium libentius inpendimus et liberalius exhibemus. Hinc eſt quod nos, de unanimi conſenſu prepoſiti et noſtri capituli tractatu ſuper hoc habito diligenti, uiris religioſis quam plurimum nobis in Chriſto dilectis, Monachis Cenobii Hemel- porte, Cyſtercienciſis ordinis, nouelle plantationis, ut in bonis et perſonis ad ampliandum cultum di- uinum in melius proficiant et uberius inualeſcant, Concedimus liberaliter et donamus Eccleſiam parrochiam in Crumbeke, in terra Stargardie ſitam, noſtre Dyoceliſis, cum manſis dotalibus et cum omnibus uniuerſaliter ad eandem Eccleſiam pertinentibus, pleno iure, ita quod de dicta ec- cleſia et de manſis dotalibus et de omnibus ad eandem iure dotis pertinentibus, Dum tamen proprii ſacerdotis, qui pro tempore preſuerit, conſenſus acceſerit, uel eandem per mortem ſeu reſignationem uacare contigerit, per monachum ſeu conducticium ordinandi et diſponendi uel officianti ſecundum Deum et proprias conſcientias, prout ſibi et Chriſti fidelibus in eadem parrochia degentibus uide- rint expedire, liberam habeant facultatem. Concedimus nihilominus dictis monachis, ut exempta uilla et in culturam agrorum redacta, dictam Eccleſiam in oratorium ſiue Cappellam ualeant con- uertere et, nullius obſtante contradictione, ſuis uſibus penitus applicare. Ipſi uero Abbas et con- uentus monaſterii ſupradicti ſe nobis in quibusdam diuinis obſequiis pro ſalute anime noſtre noſtro- rumque ſucceſſorum inibi perpetuo exequendis liberaliter obligarunt, utpote lampadem iugiter arden- tem ibidem comparent et habeant et miſſam unam pro peccatis ſingulis ſeptimanis dici faciant omni tempore, quo durabit locus ſuperius memoratus. Datum anno domini Milleſimo Trecentefimo decimo nono, in die beate Elyzabeth etc.

Auſcultata et collationata eſt hec copia cum ſuo uero Originali per me Erasmum Seidell, Notarium Publ. ſu- pradictum, et concordat cum eodem de uerbo ad uerbum, quod atteſtor hoc meo proprio chyrographo.

XLVI. Eyn Vidimus Biſchoff Ludwigs zu Brandenburck vber deſs nechſtgeſatzten Biſchoff Heinrichs zu Huel- berck briefe vber die Pfarre zu krumbeke vnd iſt derſelb brief von worte zu wort juſeriret.

Ludewicus, dei gratia Brandemburgeniſis eccleſie Epifcopus, Tenore preſentium recognoſcimus publice et teſtamur, Quod literas Domini Henrici, quondam Huelbergenſis Eccleſie Epifcopi felicis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non aboſitas, non raſas, nec in aliqua ſui parte uiciatas, Vidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Huelbergenſis eccleſie Epifcopus, omni- bus preſentem litteram auditoris ſeu inspecturis in domino ſalutem etc. Volget nun ferrer der Inhalt, wi in dem nechſtobgeſatzten briefe de uerbo ad uerbum zu befindenn. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. in die beate Elizabeth. — In huius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt